

# **Anonymus Oxoniensis**

## **‘Pygmalion’**

Fabella  
(ca. 1630-50)



Jan-Wilhelm Beck  
Institut für Klassische Philologie  
Lehrstuhl Lateinische Philologie  
Universität Regensburg  
Universitätsstraße 31  
93040 Regensburg  
Juli 2006

## Personae

Pygmalion  
Priscilla  
Moria  
Venus  
Cupido  
Servus primus  
Servus secundus  
Sacerdos  
Virgo

## Actus primus

### Scena prima

*Ingreditur Pygmalion solus.*

- Pyg. O quam beatus ipse, Pygmalion, duces  
Sis inter alios, caeca qui caeci Dei  
Ne iura nosti, tela sensisti minus!  
Sydere sub almo nemo te natum neget:  
Sonus ego liber, cum iugo oppressi gemant 5  
Reges potentes; immo sum maior Iove  
Aliisque Divis, blanda quos probris Venus  
Onerat nefandis. quis hominum inscitiam potest  
Satis explicare, qui suo fato impares,  
Cum debuerunt regere, misere inserviunt? 10  
At proh stoliditas! ille, qui terram quatit  
Hastis acutis - credis hoc posse effici? -,  
Amore capitur; ergo non mirum est, viri  
Delira superum exempla si nimium colant.  
Admiror ipse, cur furor cogit sequi, 15  
Non ratio poscit, turpe foemineum genus:  
Rixosa mulier, foedifraga, petulans, furens,  
Irata, varia, immitis, intractabilis.  
Vel nomen odi. si labor tantum viris  
Magis placeret, gravis amor premeret minus. 20  
Lasciva tollas otia, et languet Venus.
- Ingred. duae foeminae, <Priscilla, Moria>.*
- Sed ecce monstra: pectus aspectu tumet.  
Quam rarus habitus, quam parum gestus decens,  
Quam forma mire picta, ridicula omnia.  
Sit ratio certa, sitve consuetus furor, 25  
Odisse placuit illud infestum genus.

### Scena secunda

[*Ingred. Priscilla, Moria.*]

- Mor. Num certa narras?  
Pris. Moria, incertum nihil.  
Namque ipse partem simiae caudae domi  
Reservo, quam venefica infanti dedit.

	Ego verba memini: ‘munus haud’, inquit, ‘leve est. Namque alia pars Lucretiam apud Orcum trahit.’	30
Mor.	An illa virgo?	
Pris.	mortua est, quoniam virum Noluit.	
Mor.	et hercle, non mihi arrident viri, Sed tamen iniquas simias odi magis. Priscilla, si modestia salva loquar,	35
	Honesta mallet Moria haud virgo mori Quam sic in Orco simiae caudam sequi.	
Pyg.	Quam simiarum haec verba sunt, quam simiae Ipsae videntur.	
Pris.	sed tace.	
Pyg.	num me vident?	
Pris.	Salvere te Priscilla, Pygmalion, iubet.	40
Pyg.	Salvere nolo.	
Mor.	Dii vetent. quis te furor Vexat nefandus?	
Pyg.	tu furia in mitem opprimis. Valete monstra.	
Pris.	uxore quam multum hic caret.	
Mor.	Profecto multum meque sic planctus movet, Vt ipsa coniux esse dignarer viri.	45
Pris.	Turba meliorum coniugum occurrit foro.	

<*Exeunt.*>

**<Actus secundus>**  
**<Scena prima>**

*Ingred. Venus, et Cupido in templo.*

- |      |  |    |
|------|--|----|
| Ven. | Qui fit, Cupido, victor invictus Deum,<br>Cuius vel ipsum torret indomitis Iovem<br>Fax clara flammis, cuius infractos Deis<br>Opifex sonori fulminis calamos timet,<br>Volasque coelis pariter et terris potens,<br>Impune spernat tela Pygmalion tua?          | 50 |
| Cup. | Ast ipse novi, cur meas fugiat faces<br>Annosque totos coelibi vitae dicet,<br>Connubia vitet: facile me vinci putat.<br>At captus igni sentiet fortem satis.  | 55 |
| Ven. | Dilecte fili, iam placent arcus tui,<br>Calamique nobis iam ferunt summum decus.<br>Tentemus animum, nate, mittamus faces.   |    |
| Cup. | Meus iste labor est, flectere immitis viri<br>Animum ferocem penitus incumbit mihi.  | 60 |
| Ven. | Ergo age, puer, agilis sagittas spargito;<br>Deturque flammis nullus insanis modus:<br>Prematur aestu insolito et inclusus gravi<br>Ipso innotescat haud levis vultu furor,<br>Artusque vexet angor, et gressus labent;<br>Figatur ictu, conficiat animum dolor. | 65 |
|      | Sic qui probandam non tulit Venerem prius,<br>Venerem nefandam nunc feret et ignem novum.  |    |
| Cup. | Mihi, chara mater, iussa delectant tua.<br>Movenda iam sunt vela, Pygmalion sciet<br>Cupido quanta, quanta Cythereis potest.   | 70 |

**<Scena secunda>**

*Ingred. Pygmalion aperiens conclave, ubi servi cum imagine.*

- |      |   |    |
|------|---|----|
| Pyg. | Sic, sic amorem pellite et Veneris dolos.<br>Lasciviam alii, foeminas alii colant,<br>Nos arte delectemur; ars nobis amor,<br>Labor voluptas. sic opus dum fingimus,<br>Sortem licebit fingere; est etenim sua<br>Ingenuus unusquisque fortunae faber.<br>Sic, sic, ministri, facite, delicias meas | 75 |
|------|---|----|

	Ne forte Stygiis capiat illecebris amor. Opus peractum est, sedulam curam probo. Sed quid? lituras conspicio nondum satis. Polita frons est, nasus haud rectus satis, Oculi strabones, et labia pendent nimis. Tantamne vobis, miror, inscitiam dabant Natura et usus? currite et caelum date.	80
	<i>Caelat.</i>	
Serv. II	Vix, credo, quisquam coniugi inservit magis Quam Dominus iste noster huic imagini.	
Pyg.	Est latus et non pertinax vultus satis. Ferte huc colores optimos; pheu, hic color Nimis est remissus. vividum et roseum date, Vt erubescant vel sua specie Deae. Vbi penicillae? nemon? hic astans feret. Quid otiosi statis?	90
<Servi>	<i>amb&lt;o&gt;</i> hic praesto adsumus.	
Pyg.	Afferte limam, circinum et amussim date.	95
	<i>Caelat.</i>	
Serv. II	Perficere statuit Dominus ad amussim omnia.	
Pyg.	Sic, sic peritum fingere artificem decet. Videte, quam sit splendidus formae decor. Curate, ne quis Lesbiae accedat meae. Si forte tangat quispiam, mortem luat. Curate diligentius, et ipse interim Gemmas nitentes donaque et vestes feram.	100
	<i>Exit.</i>	
Serv. I	Herasne noster deperit statuam suam?	
Serv. II	Quidni? facit idem, quod alii faciunt, magis Fortasse caute; imagines quis non amat? Nam foemina omnis statua, quam mundus colit.	105
Serv. I	Quodcunque fuerit, spero ridiculum fore.	
Serv. II	Sed conticesce, rediit.	
	<i>&lt;Ingrd. Pygmalion.&gt;</i>	
Pyg.	en, vestes tibi Induite, donec ista, quae desunt, feram.	
	<i>Exit.</i>	
Serv. I	Odit mulieres Dominus, et merito quidem. Nam sumptuosae sunt nimis, vestes novas Novasque nugas indies quaerunt, volunt; Ast ista virgo veste contenta unica. Aliae loquaces sunt nimis, nimium obstrepunt, Haec conticescit; caeterae frontes solent	110
		115

	Rugare, blanda semper haec, semper nitens. Quis ergo nollet colere?	
Serv. II	quin taceas, venit.	
	< <i>Ingrid. Pygmalion.</i> >	
Pyg.	O quam puellae candidae vestes decent! Ornata nec dum corpore est toto satis: Hic habeo gemmas, auribus baccae leves, Collo monile ac annulos digitis tuis, Vtrique manui, quas dabo, armillas habe. Nec adhuc amare desinam, at semper colam.	120
	< <i>Exit.</i> >	
Serv. I	Et plura, tellus plura si dederit, faram. Stultitia quam ridicula!	
Serv. II	sic quisque in suo Delirat opere, cuique formosum est suum. Amasse saepe audivimus multos canes, Alios aviculas; vita inest istis, sonus. Sed ante Dominum nemo marmor mortuum Amavit unquam, quo novus tendit furor. Sed rediit iterum onustus.	125
	< <i>Ingrid. Pygmalion.</i> >	
Pyg.	en, plura attuli: Teretes lapis, parvulos volucres, pilas Et vulsa poma ex arborum ramis tibi; Vel flava quercus mella sudabunt tibi. Sic, sic amabo, talibus tempus iocis Nos conteremus, dexteram iunges meae, Exosculabor et, tibi quicquid siet Mihive gratum, candidas tradam in manus Et, ne fatigem, terminum ponam tuo, Virgo, labori: particeps lecto veni Et lassa somni membra delitiis leva.	135
Serv. I	Satis ipsa dura est, molli eget lecto.	
Pyg.	cubes Molliter, amica.	
Serv. II	frigida est consors thori.	
Pyg.	Demiror opifex sculptilis formam mei: Vtinam, fateri si licet, mulier foret! Dicata Paphiae cras venit Veneri dies, Qua multae ad aras concidunt ictae boves, Vbi miserorum verbaque et vota excipit. Cras mane primo confugiam ad aras Deae, Ibi vota solvam et supplices fundam preces	145
	Et consecrabo, si velit, munus Deae.	150
	<i>Exeunt.</i>	

**<Actus tertius>**  
**<Scena prima>**

*Ingred. Sacerdos [et Moria et Priscilla] ad aras Veneris.*

- Sacerd. Haec fausta lux est, haec dies Veneris dies,  
 Haec templa gaudent Veneris aspectu Deae,  
 Araeque fumant, Diva cum colitur Paphi.  
 Ast ipse miror, causa quid tandem fuit, 155  
 Quod Diva Cypri, splendor istius decens  
 Fani quod olim thure flagrabat pio,  
 Neglecta nimium friget et misere perit.  
 Haud verba fingo, Veneris - expertus loquor -  
 Onusta donis ara vel nimium fuit. 160
- Ingred. Moria.*
- Sed ecce, virgo blanda iam tandem venit  
 Ornata donis, quam potens ignis premit,  
 Cuius medullae penitus invadit furor;  
 Quae iura Veneris scire mirifice cupit.
- Mor. O Diva splendens, liceat ante aras tuas 165  
 Prodire timide virginem, liceat meum  
 Offerre donum, quod meam aetatem decet.  
 Rosa est, et ipsa nitida virginitas rosa est.  
 Sed ut rosa ista, nemo si carpat, perit,  
 Sic virgo subito; caetera effari pudet. 170  
 Tu, Diva, tantum parce vel subito virum  
 Concede vel - proh misera! -, quid faciet pudor.
- Sacerd. Adhuc nimis tenella nec satis es viro  
 Matura; iam discede, post annum redi.
- Mor. Nolens volensque, Diva, tua iussa exequor, 175  
 Sed annus iste quam mihi futurus gravis!
- Exit. <ingred. Priscilla.>*
- Pris. Quam mane primam adoro, mihi faveas, Dea;  
 Quam nocte tota somnio, o adsis Venus  
 Amica, miserae virginis capias preces:  
 Sum misera, qua sum virgo; tu tantum virum 180  
 Concede, quis et non refert, dum vir siet.  
 Foemineus amor est omnis impatiens morae.  
 Ni fuero coniux, nulla sim. thura offero  
 Aurumque libo; thus redolet, aurum micat:  
 Tibi ista spero, vir mihi summe placet. 185
- Sacerd. Assurge, virgo; nam Dea roganti annuit.  
 Secunda uxor esse aut nulla vis: primum Dea

Vult te esse nullam; reliqua ut expectes, placet,  
Hic ante numen victima occumbas sacra.

*Morit<ur Priscilla>.*

Pris. O morior.

Sacerd. et mors virginis Veneri placet.

190

Cortina in ista molliter ponas caput.

Fortasse vitam cum viro reddet Dea.

[Vixisse cum te obtineo

]

a

### <Scena secunda>

*Ingred. Pygmalion cum servis portantibus statuam ad tempula Veneris.*

Pyg. Si talis et tam grata, cum sit lapis,

Qualis placet viva, cur vivam expeto?

Forsan placeret tum minus, ut aliae solent.

195

Magis esse dignam, viva quam ut fias, reor.

Nam si daretur vita, mors etiam gravis

Inde sequeretur, si modo necesse est mori.

Non vivat; o si liberam vitae malis

Vivere daretur, quam mihi placeret, Dea!

200

Moritura nunquam statua, sic reliquis satis,

Marmorea quod sis, foeminis melior viges.

Tibi si daretur vita, foeminei tibi

Mores darentur; commodum haec feret mala:

Morosa fieres, saeva, difficilis, dolis

205

Armata blandis; marmor haec nescit mala.

Sed quid moraris, anime? quid dubius labes?

Velles amicam vivere et nolles mori.

Iniqua vota nullus exaudit Deus.

Venerem invocabo; sed magis marmor placet.

210

Pergam - reflectit statua -, sed pergam tamen

Et hic ad aras numini munus dabo.

Abite, famuli, solus ut fundam preces.

Serv. Pro se precetur Dominus, ut sapiat magis.

*Exeunt servi.*

Pyg. Venus alma, Cyprum blanda quae Idaliam colis -

215

Num irata statua est? -, sacra cui fulget dies,

Cui plena donis ara thuricrema calet:

Per tela et arcus, per tuos ignes precor,

Vt viva fiat statua: per venas calor

Vadat refusus, sanguis in faciem meet;

220

Motumque et animum precibus accipiat meis,

Vt osculari vividam possim. tamen

	Semel osculabor, statua dum marmor manes. Quid hoc? an istud marmor est? solito magis Mollia videntur labra, mollescunt genae; Aut potius ego sum mollis, heu, fallor miser. Iterum osculabor: aut meus solito magis Fervescit amor, aut statua fervescit magis. Iterum osculabor: vivit, an vivit tamen? <i>Vereque vivit; tarda procedit fides credenda, tarde vera quae tantum iuuant.</i>	225
	Sed ecce, motum video! proh numen sacrum, Si vota flectunt, si pias audis preces, Concede vocis organa; et credam omnia.	230
Sacerd.	Quicquid precaris, ecce Pygmalion, habes.	
Virgo	Quae sum? vel ubi sum? proh pudor! video virum. Cor friget intus, et pedes rigidi nimis.	235
	Quis fascinavit, tune?	
Pyg.	quin surgas, Dea; Quis credet etenim genere te humano satam, Cum blanda videat ora, cum vocem audiat.	
Virgo	Ne, quaeso, <tac>eas: virgo sum; sed quo patre, Qua matre nata, nescio.	
Pyg.	tellus parens	240
	Et ipse genitor debiti.	
Virgo	salve parens Genitorque salve.	
Pyg.	Venere quam digna es tua, Cui quid rependam prorsus ignotus miser, Quae thura ad aras, sacra quae ponam Deae. Libido, dona singulis annis tibi	245
	Nova templa condam, tibi sacerdotes novos Dicabo, et istum tota gens Cypri diem Quotannis inter festa celebrabit sua.	
Virgo	Miranda narras.	
Sacerd.	ambo consortes thori Abite, fausti vivite et semper pii.	250
Pyg.	O chara virgo, pulchrior coniux mihi, Exosculabor, hoc velit facilis Dea. Cantabo tecum, tempus hoc cantus petit; Venusque cum sit sola laetitia Dea, Venerem colemus, quae facit laetos suos.	255
	<i>Exeunt.</i>	

## **Epilogus**

Quod restat unum, non enim ambages placent:  
Vos duriores marmore et statua haud reor.  
At ista <nostro> sustulit nutu manus  
Vitamque inesse docuit et motum simul;  
Quin vos movete, vivere ut constet, manus.

260

## Hinweise zur Textgestaltung

Zugrunde liegt der Erstdruck von Bowers von 1949, der auch genaue Angaben zur offenbar nur schwer lesbaren Handschrift enthält (MS Rawlinson D317, fol. 190<sup>r</sup>-195<sup>t</sup>).

Da mit den überlieferten Angaben für einen ersten Akt und dessen beide Szenen eine Akteinteilung angedeutet ist, sollte das Stück nach der Intention seines Verfassers durch weitere Akte und Szenen gegliedert sein. Für eine Rekonstruktion des geläufigen Fünf-Akt-Schemas ist der Text zu kurz; ebenfalls üblich ist aber eine Einteilung in nur drei Akte. So sind hier versuchsweise zwei zusätzliche Akte mit ebenfalls je zwei Szenen markiert, wie es für den dritten Akt durch den zeitlichen Abstand zum zweiten auch inhaltlich deutlich vorgegeben scheint.

Das Darstellerverzeichnis wurde ergänzt, die Sprecherabkürzungen wurden vereinheitlicht und *Serv. I* bzw. *II* statt *Ius.* bzw. *2us. Ser.* verwendet. Die Regieanweisungen wurden ebenfalls vereinheitlicht (z. B. nach der ersten Verwendung *ingred.* stets abgekürzt), nicht als Klammerzusätze gedruckt und z. T. ergänzt; dies ist oben jeweils markiert. Bei den 1,1 auftretenden *duae foeminae* dürfte es sich um Priscilla und Moria handeln; ihre zusätzliche Ankündigung zu Beginn von 1,2 ist somit überflüssig. Ähnlich ist es 3,1 wenn beide am Anfang und danach nochmals innerhalb der Szene angkündigt sind.

Die orthographischen Eigenheiten des Originals wurden nach Möglichkeit beachtet. Orthographie und Interpunktions wurden jedoch überarbeitet. So wurde stets gedruckt *i* für *j*, *v* für konsonantisches *u*, *u/V* für vokalisches *u/U*. Groß geschrieben wurde: 68 *Venerem*, 92 *Deae*, 96 *Dominus*, 171 *Diva*; klein dagegen: 1 *duces*, 28 *domi*, 62 *puer*.

Manche der im folgenden dokumentierten, fehlerhaften Schreibweisen dürften wohl in der Tat so auf den Verfasser zurückgehen; z. B. 144 und 231 handelt es sich nach ThLL um nicht ungewöhnliche Verwechslungen. Da das Stück jedoch mit einem klassisch-antiken Thema und ansonsten in bemühtem, zumeist korrektem Latein verfasst ist, ist entsprechend zu korrigieren.

18	<i>irata</i> statt <i>frata</i>	(Bowers im App. <i>freta</i> )
26	<i>infestum</i> statt <i>in festum</i>	
42	<i>mitem</i> statt <i>misem</i>	(Bowers im App.)
46	<i>occurrit</i> statt <i>occurit</i>	
68	<i>probandam</i> statt <i>probandum</i>	
71	<i>vela</i> statt <i>vella</i>	(Bowers im App.)
72	<i>Cythereis</i> statt <i>Cythareis</i>	
73	<i>pellite</i> statt <i>pellete</i>	
80	<i>illecebris</i> statt <i>illecabris</i>	
85	<i>tantamne</i> statt <i>tantumne</i>	
88	<i>imagini</i> statt <i>imagine</i>	
124	<i>tellus</i> statt <i>telus</i>	
128	<i>sonus</i> oder <i>sonaue</i> statt <i>sonue</i>	(Bowers im App.)
144	<i>opifex</i> statt <i>opifer</i>	
159	<i>verba</i> statt <i>verga</i>	
177	<i>primam</i> statt <i>prima</i>	(Bowers im App. <i>primo</i> , alternativ <i>primordio</i> )
177	<i>adoro</i> statt <i>odoro</i>	
192 a	Vers handschriftl. gestrichen <i>portantibus</i> statt <i>portandibus</i>	(Bowers im App.)
204	<i>feret</i> statt <i>ferret</i>	
210	<i>invocabo</i> statt <i>invocabaa</i>	
231	<i>flectunt</i> statt <i>flectant</i>	
234	<i>sum</i> statt <i>sim</i>	
239	< <i>mov&gt;eas</i>	(Bowers im App., alternativ < <i>tac&gt;eas</i> )
245	<i>libido</i> statt <i>libado</i>	
250	<i>viu&lt;ite&gt;</i>	(Bowers im App.)
258	< <i>nostro&gt;</i>	(Bowers im App.)

'Komma' gestrichen vor *et*, *atque*, *-que*, *neque*, *nec*, *aut*, *vel*, *-ve*, *an*, *quam* u.ä.: 64, 69, 73, 89, 92, 95, 102, 121, 137, 150, 173, 208, 241, 250, 259

'Komma' gestrichen nach: 28 *caudae*, 36 *mallet*, 36 *Moria*, 124 *plura*, 161 *blanda*, 182 *est*, 215 *colis*

'Komma' ergänzt: 1, 1, 5, 7, 9, 9, 10, 11, 12, 13, 15, 15, 16, 30, 30, 32, 33 *hercle*, 35, 35, 40, 40, 44, 47 *fit*, 47 *Cupido*, 53, 54, 68, 70, 70, nach 72, 73, 75, 76, 79, 79, 79, 79, 85, 85, 87, 87, 90, 97, 98, 99, 100, 104 *idem*, 107, 108 *en*, 109 *ista*, 109 *desunt*, 118, 120 *leves*, 121, 124, 124, 127, 131, 135 *sic*, 137, 139 *et*, 139 *tuo*, 140, 142, 143, 145, 145, 146, 147, 149, 151, 151, 153, 154, 155, 155, 156, 157, 161, 162 *premit*, 167, 169, 169, 171, 171, 172, 175 *vo-*

- lensque*, 175 *Diva*, 177, 180, 181 *refert*, 183, 186, 188, 188, 193 *grata*, 196, 196, 200 *place-ret*, 201 *satis*, 202, 207, 211, 213, 213, 214, 216 *est*, 218 *precor*, 221, 223, 226, 230, 230, 231 *preces*, 233, 233, 236 *surgas*, 237, 239, 239, 239, 240, 242, 243, 245, 256, 260, 260  
 'Komma' statt 'Punkt': 169  
 'Komma' statt 'Doppelpunkt': 51, 194, 229  
 'Komma' statt 'Strichpunkt': 2, 3, 23, 23, 24, 25, 49, 65, 91, vor 152  
 'Komma' statt 'Gedankenstrich': 106  
 'Punkt' ergänzt: 30, 55, 58, 89, 100, 110, 124, 168, 198, 213  
 'Punkt' statt 'Doppelpunkt': 81, 190 *placet*  
 'Punkt' statt 'Strichpunkt': 8, 41 *vetent*, 222  
 'Punkt' statt 'Komma': 27, 76, 91, 98, 183, 226 *mollis*  
 'Strichpunkt' gestrichen: 53 *faces*  
 'Strichpunkt' ergänzt: 177, 225  
 'Strichpunkt' statt 'Punkt': 62, 65, 66, 163, 220, 253, 259  
 'Strichpunkt' statt 'Doppelpunkt': 170, 210  
 'Strichpunkt' statt 'Komma': 75, 77, 90, 105, 128, 133, 174 *matura*, 180, 184, 188, 199, nach 229 *vivit*, 236  
 'Doppelpunkt' ergänzt: 63, 131, 179, 184, 186  
 'Doppelpunkt' statt 'Punkt': 204  
 'Doppelpunkt' statt 'Strichpunkt': 22, 187, 219, 229  
 'Doppelpunkt' statt 'Komma': 55, 140, 227, 239  
 'Fragezeichen' ergänzt: 216  
 'Fragezeichen' statt 'Punkt': 10, 27, 42, 52, 103, 117, 207 *labes*, 229, 234 *sum*  
 'Fragezeichen' statt 'Komma': 86  
 'Ausrufezeichen' ergänzt: 118, 172, 234  
 'Ausrufezeichen' statt 'Punkt': 3, 125, 145, 176, 200  
 'Ausrufezeichen' statt 'Strichpunkt': 11  
 'Ausrufezeichen' statt 'Komma': 230  
 'Anführungszeichen' ergänzt: 30f.  
 'Klammern' gestrichen: 16 (*non ... poscit*), 35 (*si ... loquar*), 47 (*victor ... Deum*), 85 (*miror*), 124 (*tellus ... dederit*), 145 (*fateri ... licet*), 151 (*si velit*), 169 (*nemo ... carpat*), 223 (*statua*), 234 (*proh pudor*), 256 (*non ... placent*), 260 (*vivere ... constet*)  
 'Gedankenstriche' statt 'Klammern': 12, 159, 172, 211, 215f.